

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvpii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Modus eluendi maculam affectionis inordinatæ ad res temporales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](#)

¶ 50 SPECULVM ANIMAE  
dus est corū; quā necessaria dūntaxat  
cupiunt ac desiderant, superflua ve-  
rō, curiosa & pretiosa reijciunt, ea-  
que si illis offerantur, dolent: Hi  
quidem omni laude dñni sunt, at in  
hoc reprehendendi, quod nimio af-  
fectu, & cupiditate ad necessaria fe-  
runtur, quia quamvis rei etiam ma-  
ximopere necessariæ usus licitus sit,  
vetitum tamen est, nimia cum affe-  
ctione & cupiditate eam querere,  
ac appetere.

Tertius gra-  
duis pauper-  
tatis.

Matth. 5.

TERTIVS paupertatis gradus  
est, verorum Dei seruorum, qui tan-  
to paupertatis desiderio flagrant,  
ut cor ab omni rerum temporalium  
amore quam longissime separatum  
habeant, quinetiam naturæ necessa-  
rijs cum nausea & fastidio vtuntur.  
Hi sunt verē pauperes, de quibus di-  
cit IESVS Christus in Euangeliō:  
*Beati pauperes spiritu.*

*Modus eluendi Maculam affecti-  
onis ad temporalia.*

TRIBVS modis, anima qua-  
sponso suo in omnibus placere de-  
siderat

P A R S P R I M A .

siderat, ab hac macula mundatur.

P R I M O si consideret: Tempora- Diuitiæ re-  
lia hæc tandem ab inuitis etiam re- linquenda  
linquenda esse, & in morte nemini sunt.  
nem ea secum asportaturum: Hac  
consideratione se solabatur S. David  
cùm ait: *Ne timueris cùm diues factus fu-* Psalm. 48.  
*erit homo: & cùm multiplicata fuerit glo-*  
*ria domus eius. Quoniam cùm interierit*  
*non sumet omnia, neque descendet cum eo*  
*gloria eius.*

S E C V N D O si secum expendat: *Damma di-*  
Diuitiæ quantum animæ nocen- uitiarum.  
tum adferant. *Nam* (vt S. Paulus ait,) Timot. 6.  
*Qui volunt divites fieri, incident in tenta-*  
*tionem & laqueum Diaboli.*

T E R T I O si secum reuoluat: vbi *veræ diuiti-*  
*veræ diuitiæ constituendæ sint: tis que.*  
Quod luculenter demonstrat Chri-  
stus, cùm ait. *Thesaurizate vobis thesau-* Matth. 6.  
*res in cœlo, vbi neque ærugo neque tinea*  
*demolitur, & vbi fures non effodiunt nec*  
*furanter. Ut enim D. Gregorius ait: si D. Grego. is*  
consideremus, fratres charissimi, homini.  
quæ nobis promittuntur in cœlis,  
vilescent animo omnia quæ haben-  
tur in terris. O quam nitidè aqua.

C 2 tri-

52 SPECVLVM ANIMAE

¶ triplicis huius considerationis animam quę eas p̄ofundē cordi suo infixerit, ab omni huius affectionis macula emundat: O quam perfecte illam ab omni rerum transitoriarū affectione liberat atque expedit.

De affectu inordinato ad res sensuales, Macula tertia.

CAPV T IIII.

Rom. 8.

Rom. 13.

Quām fœda  
sit macula  
sensualitas  
vnde o-  
riatur.

ERGO fratres debitores sumus: non carni, vi secundum carnem viuamus: sennim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificarietis, viueris; ait S.Paulus Apostolus: Qui & alibi dicit: Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Hæc macula sensualitatis admodum fœdida & foeda est, in quocunq; reperta fuerit; animamq; quam possederit, vehementer turpem ac deformem efficit.

A plurimis autem initijis siue fontibus ea deriuatur, precipue à quinque sensibus extrinsecis, quamuis & interiores ei magnum adiumentum præbeant; nempe, visu, auditu, odoratu, gustu & tactu: A gula vero, & lux-